



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Henōtikon siue Pacificatorivm Dissecti Belgii

Afhakker, Aegidius

Vrsellis, 1618

Capvt IV. Tali iudicio in Ecclesia posito, sufficienter posse vnitatem ac
veritatem doctrinæ conseruari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64709](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64709)

CAPVT IV.

Tali iudicio in Ecclesia posito, sufficienter posse veritatem ac veritatem doctrinae conseruari.

DE veritate doctrinae dubium esse non potest: si enim iudex in controuersis dirimendis nunquam errauerit, veritati semper, vbi orta fuerit contentio, in subsidium veniet. Nec poterit ab Ecclesia perire doctrinae veritas, nisi forte, nemine veritatem propugnante, Ecclesia tota in errorem incidat. Hoc autem nunquam futurum esse, quae falli nequit, Christi promissio certum facit. De veritate quoque, quod per hunc iudicem in Ecclesia facile seruari possit, non est obscurum. Illi enim quorum cauteriata nondum est conscientia, quiq; salutis suae curam gerunt, intellecta per iudicem opinionis suae fallitate desistent contendere. Qui autem contumaces se praebuerint, a coetu Ecclesiae poterunt efficaciter remoueri. Quibus quoque quos sequi, quos fugere debeant innotescet facile, ita vt ex illis seduci nullae possint, nisi scabies male sanata hoc est, prurientes auribus, vel saltem de iudicis controuersiarum fidei autoritate non instructae. Ideo oportet vt argumentis certissimis & de quibus prudenter ambigere nullo modo possit, huiusmodi iudicis autoritas comprobari; vt certa ratione aberrantes ab uili oues possint reuocari.